

TOMUS QUARTUS

IVRISPVBLLI
CIVITATIS

MANO-GERMA-
NICI,

ADDITIONUM
AD PRIORES

PRIMUS,

AUTORE

JOHANNES LIMNATOS

CVM GRATIA ET PRIVIL. S. CÆS. MAIEST.



MARGENTORATI,

LITERIS AC SUMPTIBUS JOANNIS FRIDERICI SPOOR.

ANNO MDCCLXXII



PRÆLOQVIUM.

Iam diu, BENEVOLE LECTOR, Tibi promisi totum quartum Juris publici, seu additionum ad priores, quos de eadem materia evulgavi, primum. Ac, me quidem quod attinet, totum ante aliquot annos perfecit opus, assiduusque cura hactenus fui, quo mature prodiret in lucem, tam ut promissis starem, & admonitioni amicorum satisfacerem, quam ut studiosæ juventuti consulerem, cujus causa potissimum hoc suscipi onus, aliud inde compendium haud quærens, quam bonam famam dum vivo, & post fata benignam memoriam mei. Hanc scilicet viam ex cunctis elegi, quibus honesto gradu itur ad aram immortalitatis. Ad eandem quoque contendit olim Limneus, cognomine mihi similis, dissimilis autem in eo, quod armis usus, ubi ego literis. Pervenit ille ad metam, quam sibi proposuerat, teste Plutarcho, *in libello, quem de fortuna Alexandri, & altero, quem de ejusdem vita, scripsit*: Perventurum me quoque quo tendo, omnino persuasum habeo; quin imo conatum meum majori favore dignum spero, quam illum veteris Limnei. Martem hic coluit, ego Minervam; quæ non origine tantum, sed & actionibus, ac vitæ genere, longe illo præcellentior est. Hæc ex ipso cerebro Jovis nata dicitur; ille à Junone, si-



JOHANNIS LIMNÆI

ADDITIONES

Ad libros suos

DE JURE PUBLICO IMPERII
ROMANO GERMANICI.

Ad

LIBRI PRIMI

CAPIT I.

De Definitione & Origine Juris publici.



Observandum, de Jure publico parum
agi in Pandectis, quod id suis temporibus aptari voluerit
Justinianus, quibus alia, & meliora sacra, & alia quoque
Magistratum ratio. Quare hæc juris pars in primos &
postremos Codicis libros merito rejecta fuit. Guilhelmus
Maranus in *paratit. ff. de J. & J.* Cur autem in Institutio-
nibus Jus publicum non explicatum, rationem reddit Rit-
tershusius, *ad titul. Instit. de J. & J. in fin.* quia à facilioribus omnis doctrina
atque institutio incipere debeat; esse autem Juris privati tractationem longè
faciliorem, quàm Juris publici.

AD CAP. II.

*Jus publicum cur diuincultum, & quasi pro delicto habitum fuerit?
Ubi & an in Academiis tractandum?*

Pretio nummario non assimilare.] Scientia non debet esse tanquam scortum, *Num. 11.*
ad voluptatem; aut tanquam ancilla, ad questum: sed tanquam sponsa, ad
generationem, fructum atq; solatium honestum: Fr. Baro de Verulamio, *de*
dignit. & augm. scient. lib. 1. p. 43.

Aut quod fieri solet scripsit Francisc. Baro de Verulamio, *tract. de di-* *Num. 12.*
gnit. & augment. scient. libr. 2. pag. 78. ut Principes delectum habituri mini-
strorum, qui rebus civilibus tractandis sint idonei, ejusmodi hominum miram
solitudinem circa se reperiant, propterea, quod non habeatur educatio aliqua
collegiata, in hos usus destinata, ubi scilicet homines à natura ad hoc facti. &